SENECTUTIS ATTRIBUTA ELEGIACIS CARMINIBUS EXPRESSA, JUXTA...

Giuseppe Carnevali, Valenti Gonzaga



Eminentissime, & Reverendiss.

PRINCEPS



VM ea ſit tuæ dignitatis fama, quæ non ſolum in Vrbe, verùm etiam in toto terrarum Orbe, Sapientibus omnibus plaudentibus, ac admirantibus, penitùs eniteſcat, ut nemo ſit, qui te non diligat, ac Scientiarum omnium Numen ve-

neretur; Hinc quanta in te ſit animi virtus, quanta integritas, quanta humanitas, ac morum ſuavitas BENEDICTUS XIII. Univerſalis Eccleſiæ Paſtor, feliciterque regnans ad Sacram Purpuram, ac Cardinalatum, ampliſſimam equidem Dignitatem, Te dignum reputando optimè confirmavit: Veruntamen nihil diù ardentiùs exoptavi, quàm ut gratum Tibi, ſeu accom̄odatum aliquid dicare poſſem, quo devinctum tibi animum meum oſtenderē, nec-non ut tuum erga me Patrocinium excitarem; quare cùm opportunum tempus tua innumerabilia Merita in collata Purpuræ Dignitate mi-

*mihi exhibebant , cumque haſce ju-
veniles lucubratiunculas meas
Typis imprimendas dederim , eas
nonniſi Tibi offerre conſtitui , ac
dicare ſum arbitratus ; cùm enim
hæ ſint primitiæ , quas ingenioli
mei agellus produxit , ex Antiquo-
rum more, quo Numini alicui agro-
rum primitias offerebant , Tibi
Numini meo offerendæ ſunt , ac
conſecrandæ ; ex quo clarum ſit ,
ac omnibus manifeſtetur, omnem
meam operam , ſtudium , indu-
ſtriam , diligentiam (ſi aliquid de
his omnibus in me exiſtat) & vi-
tam denique omnẽ Tibi devinctiſ-
ſimam ſemper fuiſſe , & dum vi-
vam futuram : Accipias igitur in*

meæ erga Te reverentiæ, & obſervantiæ fidem exiguum hoc opuſculum de Senectutis Attributis *ſpectandis à mortalibus in nitidiſſimo Tuarum Virtutum ſpeculo non annorũ numero, ſed præclarè geſtorũ cumulo adnotatis ad nihil aliud exaratum, niſi ad hoc, ut maximum meum deſiderium, quod in fine opuſculi exprimitur, tibi demonſtrarẽ. Itaque illud benignâ, ut ſoles, ſuſcipiens fronte me alacriori animo ad majora forſan tendentem à lacerantium morſibus Tuâ Clientelâ defendas, ac ſumma Auctoritate tuearis. Nihil aliud remanet, niſi quod Orbis Univerſus purificatum meum deſiderium intuea-*

tur,

liciterque succedat, nec-non vitâ longevâ in Amplissima Dignitate fruaris, longam servando inter Honorum fruitiones Senectutem (juxta ultima Carmina

Salve igitur tot functa bonis veneranda Senectus,

Læta Tibi veniat, tum Tibi longa cadat.)

Hoc itaque in communis lætitiæ signum munusculum offero, tuo fove potenti Patrocinio, ac imbellis musæ ausibus eâ, qua soles benignitate parcere ne dedigneris. Vale, & vive Nestoreos annos.

Umillimus, & obsequentissimus Servus
Joseph Carnevalius.

Ex

EX *Commissione Reverendissimi Patris Fr. Gregorii Selleri Sacri Apostolici Palatii Magistri, Opusculum, cui Titulus* : Senectutis Attributa, *Poetico* Josephi Carnevalii, *eleganti stilo exaratum perlegi, in quo nihil juvenile, sed verè senilis in juvene animi, Orthodoxis moribus delibuti conceptam Poesim exploratam habui. Dat. Romæ in Ædibus Scholarum Piarum S. Pantaleonis hac die* 15. *Junii An. Jubil.* 1725.


Rodulphus à S. Hieronymo Cler. Reg. Schol. Piar. Ex Assistens Generalis, atque Cleri Diœceseon Sabinensis, & Reatinæ Examinator.



IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sac. Palatii Apost. Magist.

N. Episcopus Bojan. Vicesger.



IMPRIMATUR.

F. Gregorius Selleri Ordinis Prædicat. Sac. Palatii Apost. Mag.

